

rectum & germanum, ut modò definitum est.  
2. Est Mutuum naturale, cui Jus civile cooperatur.  
3. Merè civile. 4. Mutuum civile cui natura cooperatur. f. cod. n. 292.

Ad Contractum Mutui tria requiruntur. 1. Traditionis realis. 2. Translatio dominij. 3. Obligatio reddendi rem in quantitate similem. f. 172. illius. fol. 180. n. 321. Si totus Senatus Civicus consentientibus civibus mutuum acciperet, tenebat Civitas solvere, etiam si non esset in eius utilitatem versum. n. 322.

Si nullus terminus solutioni præfixus est, per se loquendo non potest mutuum in continentem repeti, (benè tamen aliquando per accidentem) sed relinquendum est tempus, quo mutuatarius possit commodum per muracionem intentum obtinere boni viri arbitrio. f. 172. n. 294.

Mutuum Civile non parit obligationem in conscientia, inducit tamen aliquam obligationem civilem, quando traditum est chygraphum, nec tamen pecunia numerata. fol. 173. n. 295.

Plura vide: *Pecunia non numerata. Exceptio.*

Mutui materia non est sola pecunia signata, sed quidquid ex pondere, numero, mensura aestimatur. fol. 176. n. 309. Unde in auro etiam rudi, argento, oleo, frumento, & similibus mutuum constitui potest. fol. 177. n. 312.

Non habetur tamen rationem mutui quoad effectus civiles, si quis v.g. 10. boves daret transrendo dominium, ut alios decem ejusdem valoris recipetur; in panibus tamen certi ponderis, lignis certe mensura, lateribus certo canone confectis, in charta, carnis, & pitibus, &c. constitui potest, quatenus haec numero vel pondere invicem solvi solent. fol. 177. n. 313.

Si quis pecunias alienas suo nomine mutuas dedit, & illas mutuatarius bona fide consumpsit, vel ulicepit, consumptione vel usucacione mutuum confirmatur. fol. 178. n. 314. Quodsi pecunia dolo malo consumpta fuit, perinde habetur, ac si existaret. & daretur vel actio ad exhibendum, vel utilis rei vindicatio. cod.

Nummis alienis ab accipiente casu fortuito amissis, non tenetur accipiens conditione, neque tali amissione sit ex Juris dispositione dominus, sicut sit absumptione, & ideo perierunt suo domino, & accipienti daretur exceptio contra dannum. cod.

Potest mutuum contrahi brevi manu, si quis suum debitorum iusti debitum alteri dare, quibus accepit iste scribat schedam, se velle illam pecuniam habere mutuum. fol. cod. n. 316.

Mutuum dare potest quisvis, qui liberam rerum suarum administrationem habet, & catenus, quatenus habet. fol. 179. n. 317.

Si pecunia à pupillo sine Tutoris auctoritate credita casu perficit, confirmaretur mutuum: & favor singulis, dominique, suis translatis, ne favor pupillo conceperit, eidem noceat. fol. cod. n. 318.

Magistratibus & Praesidiibus non est Jure simpliciter & illimitate interdicta Mutatio, sed solum faneratitia, & lucrative. fol. cod. n. 319.

Ut Ecclesia vel Civitas ex mutuo teneatur, debet mutuans probare, siisse in ejus utilitatem versum; alias datum mutuantis actio adversus eum qui nomine Ecclesia accepit, & adversus hæredes illius. fol. 180. n. 321. Si totus Senatus Civicus consentientibus civibus mutuum acciperet, tenebat Civitas solvere, etiam si non esset in eius utilitatem versum. n. 322.

Si Prælatus contrahit sine consensu Capituli, mutuans tenebat probare versionem. Si vero una cum Capituli consensu, non iucumbit probatio versionis, si possit debitum solvi ex bonis alternabiliis. n. 323.

Si minor non habens Curatorem, mutuum accipit cum onere solvendi usuras, mutuans probare debet, pecuniam in rem debitoris versam esse. Si mutuum gratuitum fuit, & minor petit restituiri, probare debet, se la sum esse. fol. 180. n. 324.

Si Curatori nomine Minoris mutuum datum est, Curator ipse omnino tenetur, sed in Minorem actio tunc datur, si creditur versionem in ipsius utilitatem probaverit. fol. 181. n. 325.

Filius familiæ autem possit Mutuum celebrare, vide *Macedonianus Senatus Consulatum.*

Si Mutuo dies adjectus est in favorem mutuantis, ante dicti adventum solvere non licet invito creditori, benè tamen, si in favorem mutuatarij, in charta, carnis, & pitibus, &c. constitui potest, quatenus haec numero vel pondere invicem solvi solent. fol. cod. n. 313.

Solutionis partem non tenetur creditor accipere ante diem constitutum, ob incommoda inadäquate solutionis, nisi debitor in judicio convenit negat se plus debere quam patrem, tunc enim Iudex ad minuendas lites, potest cogere creditoris ad accipendam partem solutionis. fol. 185. n. 340.

Si res credita in eodem genere restituenda, non reperitur, tenetur creditor a summationem in pecunia accipere. fol. cod. n. 341.

Si res credita fuerit oblate, & creditor in mora accipiendo fuit, si perit, liberatur debitor. fol. 186. n. 344.

Quomodo possit in contractu Mutui in paclum deduci solutio in certa moneta, non obstante ejus variatione in valore, vel quomodo ipsa variatio possit in paclum deduci, vide: *Moneta.*

Debitore in mora constituto, datur Creditori *Condicio certi.* fol. 190. n. 361. & seqq.

Nativitas.

Tomo 1.

Nativitas est Modus acquirendi dominium Jure Gentium, animalium quæ ex nostris nascuntur, etiam si mas alienus fuerit. Si tamen invito manus, v.g.

ris, v.g. equi, domino aliquis alienum equum in equum suum immittat, in factum actione tenebitur. fol. 416. n. 88.

Naufragium.

Tomo 1.

Res quæ in periculo naufragij ejiciuntur, mandant in priore dominio, unde qui ea nauctus auferret, furum committeret. Idem dicendum de illis, quæ ex ipso naufragio in mare lababuntur: talia enim non sunt derelicta, sed desperata. Imò qui ea sciens rapuit, aut reposcent non reddit, quadruplo tenuit, & publicatione omnium bonorum multatur. fol. 426. n. 152. & seqq.

Necessitas proximi.

Tomo 1.

Necessitas proximi est triplices. Extrema. Gravis. Communis. Extreme est rerum ad vitam necessariarum, vel ad vitandum morbum incurabilem. Gravis est rerum, sine quibus vita notabiliter abbreviaretur, vel morbus gravis incurritur verisimiliter. Communis, quam habent pauperes mendici aperti vel occulti, allorum liberalitatem indigentes. f. 135. n. 342.

Extremæ necessitati proximi teneris ex charitate subvenire (alij deficientibus) ex bonis non solum superfluis, sed etiam statui convenientibus, non tamen ita necessarijs, ut sine talibus bonis ex proprio statu decideris: non tamen teneris ad media extraordinaria. fol. 136. n. 343.

Necessitatibus gravi teneris subvenire ex bonis superfluis statui. fol. cod. n. 344.

Jus accipendi rem alterius in casu necessitatis, fundatur in eo, quod natura ab initio voluerit omnia esse communia, cod.

Confitimus in extrema necessitate, (& probabilitate idem dicendum de constituto in necessitate gravi) potest licite & abfice virtio furti, accipere ex alterius bonis illi ad vitam non necessarijs, si non excedat media ordinariæ adhiberi solita. fol. 176. n. 345. & 347.

Necessitatis tribuit jus accipendi etiam in casu quo alter non obligatur dare ex charitate. 436. elapsa tamen necessitate tenebat auferens restituere acceptum, si potest. fol. 137. n. 349.

Negationes.

Tomo 5.

Quamvis Negationes directè probari non possint, indirectè tamen probari possunt, probato feliciter aliquo habente connexionem cum negatione tali. fol. 283. n. 18. & seq. ubi exempla.

Negotiatione.

Tomo 4.

Negotiari dicuntur Mercatores, qui rem emplam immutatam iterum vendunt. & hi dicuntur à Canonibus ejici de templo Dei, hoc est, eis indigni Clericatu. fol. 99. n. 280. ubi referuntur pœna Clericis Negotiatoribus constituta.

Unus alterque actus à Clericis exercitus, non est peccatum mortale. fol. cod. n. 81.

Prohibito negotiis extenditur etiam ad Clericos habentes Beneficia sufficiens ad sustentationem, etiam si needum sit in Sacris constituti. fol. 100. n. 182. Non est tamen Clericis prohibatum emere pecora, quæ deinde in suis pasculis fugient videntur. fol. cod. n. 183.

In Religione Societas JESU quædam prohibentur, quæ speciem Negotiations praesertim. fol. 100. n. 184.

Non est contra Canones, quod Clericus alteri committat pecunias, ad negotiandum, ut ipse nihil impediatur à suo Ministerio, & scandalum absit; non debet tamen hoc fieri absque urgente causa, ex qua Clericis & Religiis negotiatio universum est licita. fol. cod. n. 185. ubi vide exempla.

Negotiorum Gestio.

Tomo 4.

Est quasi Contractus, quo quis alterius negotiorum ad rem familiarem pertinens, sine mandato getendum suscepit. fol. 344. n. 1104. Non requiritur ignorancia in eo cuius negotium geritur. fol. 345. n. 1105.

Si superveniat Ratihabitio, convenientia etiæ actio mandata, & nōtandum negotiorum gestor. fol. cod. n. 1106.

Negotiorum gestio potest esse necessaria, urgente necessitate, vel necessaria suspicione fol. cod. n. 1107. ubi referuntur causas.

Negotiorum gestor debet habere opinionem, se gerere alterius negotia, animùmque eum sibi obligandi. fol. 346. n. 1108. Non obstat tamen, si erat etiam in persona. n. 1109.

Ex hoc Quasi contractu nascitur duplex actio. Directa, quæ peritur à Negotiorum gestore, ut administratione rationem reddit, & si quid ad eum pervenit, ex equo & bono præfet, damnum culpæ datum refaciatur. Contraria actione petit Negotiorum gestor, ut indemnis servetur. fol. 346. n. 110. Competit hæc actio, etiæ quando casu fortuito omnis utilitas versa est. n. 111. ubi vide exceptionem pupilli. Non competit, si alteri à parte rei non est grata negotiorum gestio, & hoc potest probare. fol. 347. n. 1112.

Qui gerit unum negotium alterius, non potest præterea cogi ad cetera quoque gerenda, quæ ad illud non spectant. fol. 347. n. 1113.

Si plures negotium gerant diversorum bonorum ejusdem, v.g. hæreditariorum, & unus illorum fiat non solvendo, periculum spectat ad hæredem, seu illum, cuius negotium gestio. fol. cod. n. 1114.

Jura de quib[us]dam personis præsumunt, quod noluerint sibi obligare illos, quorum negotia gesta sunt. fol. cod. num. 1115. ubi vide has præsumptions.

Quoad

Quoad culpam, ad quam præstandam obligatur negotiorum gestor, distinguendum est. Si negotia alterius fuerunt ita defera, ut præter me nemo alius gestisset, tenebor solum de culpa lata. Si alius gestisset, & summa diligentiam adhibuerit, tenebor de culpa levissima, scilicet, solum de levi. fol. 348. n. 1116.

Causa fortuitus in quibusdam casibus ad gestorem spectat. fol. 349. n. 1117. ubi recensentur.

### Nobilitas.

#### Tomo 6.

Ob Nobilitatem mitius punitur reus, in penis arbitrarijs corporis afflictivis, quam homo vallis conditionis, ex confutidine. fol. 325. n. 542. In pena ultimi supplicij nihil prodest Nobilitas, de jure communi. n. 543. In penis pecuniaris opulentis gravius punitur. fol. 326. n. 544. Peccans prætextu nobilitatis punitur ut alij. n. 545.

### Nomina.

#### Tomo 4.

Nomina vocantur à Juristis Actiones illæ, quæ alicui competunt ad petendam ab altero solutio nem debiti: dicuntur etiam Credita, vel Debita, Chirographa. fol. 33. n. 98.

### Notarius.

#### Tomo 1.

Notarius imperitè conficiens Instrumentum, & hoc modo damnificans, tenetur & punitur sicut Judex per imperitum male judicans, de quo vide *Judex*. fol. 96. n. 147.

#### Tomo 5.

Notarius fabricans falsum Instrumentum, punitur amputacione manus, & privatur officio. Non creditur illi afferenti (etiam in articulo mortis) se falsum instrumentum fabricasse. fol. 108. num. 112.

Notarius qui capit acta scribere, mutari non debet, nisi sit impeditus, quo casu per Judicem alias substituendus. fol. 180. n. 547. Acta sine consensu judicis publicare non permititur, nec partibus copiam dare. eod. Non potest recipere testes sine Judice. Potest tamen scripturam facere de gestis in Judicie. Absente Judice possunt coram Notario produci libellus, exceptiones, instrumenta, aliæ Acta, nisi hæc producantur ad probandum Judicii, tunc enim requirunt speciale mandatum. cod. Plura vide. *Instrumenta*.

Circa Notarios Jus Bavanicum ita statuit. In quolibet Judicio Actuarius & Protocolum esto. Actuarius producta in Judicio instrumenta diligenter conservare, secreta non revelare, absque licentia Judicis nullas copias communicare, nec partibus consilia vel admonitiones suggerere, nulla dona recipere, sed salario contentus esse deberet.

nec dolum committere. & hæc jurare debet. fol. 181. n. 552.

### Novatio.

#### Tomo 3.

Novatio est prioris obligationis in aliam, seu civilem, seu naturalem, transuersio atque translatio, ita ut prior permutatur. fol. 25. n. 145. Hujusmodi est, si de novo adhibetur fidejussor, vel adhibitus liberetur: si pignus adjiciatur, vel remittatur. cod.

Quando contractui absolute substituitur conditionatus, Novatio est in suspense, donec conditio exsistat. fol. eod. n. 146.

Species Novationis est Delegatio. Delegare autem est vice suâ alium reum dare creditori, vel cuiuslibet. fol. 26. n. 147. Non est autem necesse, cum qui substituitur, esse debitorem substituentis. num. 148.

Novatio non presumitur facta ex indicijs, sed requiritur expressus animus novandi. fol. eod. nu. 149.

Novatio vel fit in forma, vel in objecto. In forma fit, quando in locum obligationis ortæ ex talis specie contractus, v.g. venditionis, subrogatur obligatio ex alio contractu, ut Mutui. In objecto fit novatio, quando pro debitis too. fit obligatio ad dandum fundum. fol. eod. n. 150.

Ad Novationem sufficit, quod revera præcessit debitum quod extinguitur, etiam si substitutus revera non debet, & putet se debere: competit tamen illi conditio certi adversus cum pro quo solvit, sed non potest solutum repetere *Conditio indebiti*. fol. 26. n. 152.

Si quis solvat pro suo creditore aliqui cuius creditor revera non debet, sed debere putatur, tunc si habuit mandatum, liberatur debitor, & creditori competit *conditio indebiti*; si non habuit mandatum, manet obligatus creditori suo, & habet conditionem indebiti contra putatitum creditorem creditoris. fol. eod. n. 153.

### Noxa. Actio Noxalis. vel de pauperie.

#### Tomo 1.

Noxa dicitur Corpus quod deliquerit, impropriè. Nam propriè est *Pœna* quæ pro damnificatione infligitur: & hinc dicitur Nocens Noxa dedit. Et Ieso datur Actio Noxalis, v.g. adversus dominum, ut mancipium noxa dedit, vel solvatur litis estimationem. Noxalis actio non est directa, sed obliqua. fol. 97. n. 151. Sic etiam si animal naturæ mansuetum ex lascivia vel pavore damnum dedit, convenit dominus actione de pauperie, ut vel noxa dedat, vel damnum reparat. 152. ubi plura vide circa animalia naturæ fera: & de adilitate actione. Sed hodie ex Carolina Ord. Crimin. Judicis arbitrio pœna relinquitur; & etiam datur actio de pauperie; nec una aliam consumit. cod. Dantur hæc

in casum alterutrius præmortientis superflue ex bonis defuncti percipit. f. 392. n. 479. & seqq.

Inter lucra per secundas nuptias amittenda, non venit Ufusfructus, si quem uxori à marito habuit. f. 393. n. 486.

Si Maritus aut liberi expresse renuntient Juri suo, mulier per secundas nuptias non amittit proprietatem lucorum predicatorum. f. eod. nu. 487. Conclusus tamen tacitus libertorum, non contradicendo secundis nupsijs, non sufficit. Imò nec expressus, nisi accedat renuntiatio juris. n. 489. & seqq.

Binuba tenet etiam eorum bonorum proprietatem referare liberis superficiebus, quæ per successionem liberorum prioris conjugij ab intestato ex bonis paternis accepit, scilicet si ex testamento accepit, vel donatione inter vivos. f. 394. n. 493. inter qua tamen non veniunt, que quidem originaliter filius à patre habet, sed immediate ex successione fraterna. 494. ubi ponitur casus.

Mortua binubā liberi consequi possint haec lucra rei vindicatione, contra quemcumque possessorum. f. 395. n. 495. competit etiam conditio ex lege, vel sine causa, adversus alienantem illiusque hæredes, ad estimationem. n. 496.

Confutatur etiam liberis adhuc estimatione arbitri bonorum mobiliuum, qui vel à matre vel à liberis electus, postquam indicavit iustum premium juratus, traduntur lucra illa mulieri ita, ut fatisatione caveat, salva earum rerum corpora vel premium post mortem siam liberis esse restituenda, si supervixerint. Quodsi mater nolit aut non potest fatiscere, transfert postficio ad liberos, si ipsi fatisciderint, quanti res fuerint estimatae, matti loco ulusfructus datum iri singulis annis 4. pro Centum. f. 395. n. 497.

Qua circa lucra liberis prioris matrimonij relinqua dicta sunt, etiam procedunt de patre binubo. f. eod. n. 498. cum hoc discrimine, quod patris bona non sint filiis hypothecata, eod. fatis dare tamen tenetur. n. 499.

Binuba non potest vitrifico (nec Binibus Novo-verse) relinquere quoconque modo aut pacto plus quam virilem partem seu portionem unius ex liberis. f. 396. n. 500. Inspectur autem tempus quo moritur binibus, & ex bonis tunc existentibus portio taxanda. n. 501. ubi causas. Non sunt tamen restituendi fructus ex dotis excessu ultra virilem portionem secundo marito constituta perceptis, dum mulier binuba yixit. n. eod.

Binuba potest liberis posterioris matrimonij relinquere quantum voluerit, dummodo liberis prioris matrimonij suam legitimam relinquat. fol. 396. n. 502.

Quamvis iure Codicis excessus secundo marito ab uxore relietus, ex æquo dividendus esset inter liberos tam posterioris quam prioris matrimonij, Jure tamen Novella 22. c. 27. hoc correctum est, &

in casum alterutrius præmortientis superflue ex bonis defuncti percipit. f. 392. n. 479. & seqq.

Inter lucra per secundas nuptias amittenda, non venit Ufusfructus, si quem uxori à marito habuit. f. 393. n. 486.

Si Maritus aut liberi expresse renuntient Juri suo, mulier per secundas nuptias non amittit proprietatem lucorum predicatorum. f. eod. nu.

487. Conclusus tamen tacitus libertorum, non contradicendo secundis nupsijs, non sufficit. Imò nec

expresus, nisi accedat renuntiatio juris. n. 489. & seqq.

Binuba tenet etiam eorum bonorum proprietatem referare liberis superficiebus, quæ per suc-

cessionem liberorum prioris conjugij ab intestato ex bonis paternis accepit, scilicet si ex testamento

accepit, vel donatione inter vivos. f. 394. n. 493.

inter qua tamen non veniunt, que quidem ori-

ginaliter filius à patre habet, sed immediate ex

successione fraterna. 494. ubi ponitur casus.

Mortua binubā liberi consequi possint haec lucra rei vindicatione, contra quemcumque posses-

sorem. f. 395. n. 495. competit etiam conditio ex

lege, vel sine causa, adversus alienantem illiusque

hæredes, ad estimationem. n. 496.

Confutatur etiam liberis adhuc estimatione arbitri bonorum mobiliuum, qui vel à matre vel à liberis electus, postquam indicavit iustum premium juratus, traduntur lucra illa mulieri ita, ut fatisatione caveat, salva earum rerum corpora vel premium post mortem siam liberis esse restituenda, si supervixerint. Quodsi mater nolit aut non potest fatiscere, transfert postficio ad liberos, si ipsi fatisciderint, quanti res fuerint estimatae, matti loco ulusfructus datum iri singulis annis 4. pro Centum. f. 395. n. 497.

Qua circa lucra liberis prioris matrimonij relinqua dicta sunt, etiam procedunt de patre binubo. f. eod. n. 498. cum hoc discrimine, quod patris bona non sint filiis hypothecata, eod. fatis dare tamen tenetur. n. 499.

Binuba non potest vitrifico (nec Binibus Novo-verse) relinquere quoconque modo aut pacto plus quam virilem partem seu portionem unius ex liberis. f. 396. n. 500. Inspectur autem tempus quo moritur binibus, & ex bonis tunc existentibus portio taxanda. n. 501. ubi causas. Non sunt tamen restituendi fructus ex dotis excessu ultra virilem portionem secundo marito constituta perceptis, dum mulier binuba yixit. n. eod.

Binuba potest liberis posterioris matrimonij relinquere quantum voluerit, dummodo liberis prioris matrimonij suam legitimam relinquat. fol. 396. n. 502.

Quamvis iure Codicis excessus secundo marito ab uxore relietus, ex æquo dividendus esset inter liberos tam posterioris quam prioris matrimonij, Jure tamen Novella 22. c. 27. hoc correctum est,

et recipit. Christ. Haun. Reperi.

statutum, ut competit solis liberis ex priore matrimonio, inter eos ex aequo dividendus. f. eod. n. 503.

Binuba non potest prætextu ingratitudinis revocare donationes filii prioris matrimonij factas, nisi aperte filius aut circa vitam ipsam insidians mariti, aut manus inferens impias, aut circa substantiam totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur. f. 397. n. 503.

Qua hæc tenus dicta sunt, & Jure Codicis constituta, inducent obligationem in conscientia ante omnem Judicis sententiam. f. 397. n. 504.

### O. Obligatio.

## Tomo 1.

Duplicis genesis obligations inter homines sunt. Aliqua omnino independentes à voluntate illius erga quem exercentur, alia dependent ab illius voluntate cui obligantur. f. 72. num. 24. & seqq. ubi exemplis declaratur. Et harum aliquæ tendunt in bonum obligati, aliae in commodum obligantis. 27.

Potestas seu Titulus harum obligationum alius est Originalis seu Primævus, & alius non Primævus, sed eum supponens. f. 73. n. 28. & seqq. ubi tituli declarantur.

Obligationes restituendi, vide, Restitutio. & Damnum iniuria datum.

## Occupatio.

Est Modus acquirendi Jure Gentium; de quo vide, Inventio.

## Officium.

## Tomo 1.

Officio aliquo fungentes, vel Medicis, Advocatis, Confessariis, Jûdex, & hujusmodi, nisi speciali pacto se ad extraordinariam diligentiam obligaverint, non tenentur nisi ad illam diligentiam, quâmali ejusmodi officio fungentes communiter adhiberi solent, & dicuntur esse diligentes in officio. f. 413. n. 243. Nisi interveniat culpa theologiae, non tenentur, ne quidem ex lata culpa civili, restituere pro danno ante condemnationem; nisi pactum intercessisset de praefanda culpa civili, vel, nisi postmodum sine tuo notabili incommodo posset impedire, ne damnum illum ulterius serpat, aut continuetur. 245.

## Oneris ferendi Servitus.

## Tomo 1.

Est Jus quo columna vel paries onera vicini ædifici sustinere tenetur, cum obligatione procurandi perpetuitatem illius parietis, in quo differt à servitute tigni ferendi. f. 247. n. 163;

Dum paries reparatur, futura sumptus & cura ad dominum prædij dominantis spectant. f. 248. n. 164.

## P.

## Pacis Publicæ Violatio.

## Tomo 6.

Pacis publicæ fractæ pena est Proscriptio seu

Bannum Imperiale, ut tam in bonis, quam in corpore impunè offendì possint rei. Et deprehensi vita & bonis privantur. f. f. 170. n. 482. & puniuntur de vi publica cod.

Ut Pax fracta dicatur, tria requiruntur. 1. Ut interveniat vis armata. 2. Ut sit vis difficulter superabilis, & à pluribus coadunatis intentata. 3. Ut fiat præcedente tractatu, & animo noncendi. n. 483. Non requiritur, ut actu dammum sit illatum. n. 484.

Qui privatæ sedes impugnant & spoliare nituntur, fracta pacis rei sunt, ex Confl. Caroli V. item qui adunati carceres effingunt, & incarceros liberant. n. 485.

Ecclesiastici fracta pacis rei, solummodo Regalibus & Privilegijs Imperij in ipso Consistorio, Iudice pro tribunali sedente privantur. Seculare publice sub dio ordinariam Banni penam sufficiunt. f. 171. n. 487.

## Pactum.

## Tomo 3.

Pactum sumptuum generaliter, prout abstrahit à Pacto Nudo & Legitimo seu Vestito, definitur: Duorum vel pluriū in idem placitum consensu. Debet autem consensus ex intentione pacientium esse obligativus ex Justitia commutativa. f. 1. n. 1. Antequam acceptetur, dicitur: Pollicitatio. f. 2. n. 2.

Pactum dissolutum obligationis, propriè non est mera cessio juris, sed inductivus alterius obligationis, nempe ad non petendum id, quod prius jure peti poterat. f. 2. n. 4.

Pactum aliud dicitur Nudum, aliud Vestitum seu legitimum. f. 4. num. 16. Nudum est, quod non parit per se solum actionem civilem, prout hæc opponitur Prætoria. Vestitum, quod ratione adinimiculi superadditi patit actionem civilem. fol. eod. n. 17.

Pactum vestitum quinque modis. 1. Si accedit contractui, aut alteri pacto. 2. Quando contractus innominatus ex una parte impletur. 3. Adiecto juramento. 4. Adiecta stipulatione. 5. Quando Juris privilegio actio conceditur, & tunc elevatur ad rationem contractus. f. 4. n. 18. & seqq.

Pacta nuda non ita infirmantur à legibus, ut non pariant obligationē in conscientia. f. 5. n. 27. Quamdiu pactum manet nudum, non datur ex eo Actio civilis. f. 6. n. 31. Negatur autem actio ob quietem publicam. Neq; hoc est fovere peccata, sed ob magno bonum non punire peccata. Datur tamen exceptio. n. 35.

Neq; datur universim Actio Prætoria. f. 7. n. 38. Idem dicendum est de Jure Canonico. f. eod. n. 42.

Aliud dicendum de confutudine. n. 44.

Regulariter nemo potest alteri pacifici absq; mandato, & pacificendo acquirere actionem civilem. f. 41. n. 241. Ne quidem si sit persona sanguine aut alio vinculo conjuncta eod. Excipiuntur tamen aliqui. v.g. Pater potest filio harcidi pacificendo vel stipulando acquirere. f. 42. n. 242.

## Pactum

Pactum Advocati cum Cliente de quota litis, jure non valet, si quidem proximi possit, clientem iniquè gravari. f. eod. n. 244. Valet tamen hujusmodi pactum lite finita, etiæ ante Sententiam definitivam, si æquitatis ratio habeatur. f. 43. n. 246.

Idem cum proportione de Medico paciente cum ægro dicendum. f. eod. n. 247.

## Palinodia.

## Tomo 1.

Præter Actionem Injuriarum, datur Actio ad Palinodium seu recantationem, cum illa cumulabilis. Est civilis, & non nisi per legum constitutionem infamans, non ex intentione auctoris, adeoque non tendens ad vindictam. f. 180. n. 175.

Palinodiæ potest Jure Bavario Jûdex imponere absque infamiatione, & in causa dubia tollere Actionem injuriarum. Princeps hoc potest etiam partibus non consentientibus. f. eod. n. 177.

Actio ad Palinodium est perpetua, qui consuetudine introducta. An contra eam omisiam detur restitutio in integrum, est dubium. f. 181. n. 183.

## Parricidium.

## Tomo 6.

Parricidium est cædes nefaria contra pietatem & jus sanguinis in ascendentibus, descendentes, transversales & affines, vel conjugem, perpetrata. f. 172. n. 489.

Pena Parricidij est Culeus. An autem hodie que si in usu, pender ex locorum consuetudine. n. 490. & seq.

Qui Vitricum vel Novercam occidit, mitius puniatur illo, qui verum parentem occidit. f. 173. n. 493.

Infantis quamvis illegitimi occisio, ordinariæ penæ punienda est. n. 494.

Mater abijcens infantem in locum desertum, ut ibi pereat, ad minimum gladio punienda; immo probabilitè penâ ordinariâ parricidij. n. 496. Si exposuit in loco, ubi putabat ab alijs aleundum, sed mors secuta est, videtur sufficere fustigatio. Si mors non est secuta, relegatio. eod.

Conjugicidium videtur sufficenter puniri pena gladii, cum aliqua exasperatione. f. 174. num. 497. Idem dicendum videtur de occidentibus confanguineos, vel affines laterales. n. 499.

Quando parricidium non quidem intendit dolo malo, sed tamen ex actu doloso immediate sequitur, gladio punienda, nisi constaret, reo involuntariam fusile necem. num. 501. ubi exceptio. plum.

Si parricidium sequatur ex actu cum aliqua culpabili negligentiæ vel imperitiæ commissio, levius punitur, arbitrio Judicis. f. 175. n. 503.

In crimine Parricidij, ad poenam ordinariam infligendam, debet constare de corpore delicti. n. 504. ubi vide que indicia sufficient.

Chriss. Haan. Report.

Cooperantes etiam puniuntur penâ ordinariâ, si non manifestent, concisi, non cooperantes, extra ordinem. n. 505.

Quando Reus per attentatum actum ed progressus est, ut jam ingens damnum in alterius valitudine, vel mortis accelerationem cauferit, vel conatum aliquoties iteraverit, potest Jûdex dictere penam gladii. f. 176. n. 507.

Quodlibet ad actum proximum nullum notabile damnum secutum est, non est penam mortis decernenda, sed mitior, v.g. fultigatio cum relegatione. n. 508. Actus remotus sufficenter punitur relegatione, carcere, aut multâ pecuniariâ. n. 509.

Si occidit occidenti causam gravis ira dedit, potest mitigari pena ad penam gladii. n. 510.

Intuitu penitentia, quamvis non amplius impeditiva mortis ex actu positivo fecuta, potest permitigari eodem modo. f. 177. n. 512.

Mitigarur etiam pena ordinaria ob defectum attingit, decimum sextum annum non excedentis. n. 513. Item si mandatum parentum intervenierit. n. 514. Metus tamen parentum non ita facile excusat. n. 515.

## Partus Expositio.

## Tomo 6.

Qui partum alienæ misericordie exponit, nullâ cogente egredi, amittit jus patriæ potestatis, & extra ordinem Judicis arbitrio punitur. Educator tamen non acquirit jus patriæ potestatis. f. 177. n. 516.

Vide etiam, Parricidium.

## Pascendi pecoris Servitus.

## Tomo 1.

Est Jus pascendi pecus in fundo alieno aliecius privati. Non licet hac servitute uti cum pecoriibus morbo contagioso affectis. Domino prædij servientis non licet servitutem deteriore facere, alioquin convenientur vel ex lege Aquilia, vel Interdictio: Quod vi aut clam. Vel ad astimationem, si reduci non potest ad pristinum statum. f. 254. n. 195. & seqq.

Pluribus habentibus jus pascendi in eodem loco & tempore, non licet uni, altero invito, provocare ad divisionem, per se loquendo. n. 198.

## Pasquillus.

De hoc vide, Fanojus libellus.

## Patria Potestas.

## Tomo 1.

Patria Potestas est Jus, per quod descendentes immediati & mediati supremo ascendentium sufficiunt ex linea masculina subiiciuntur, in ordine ad certos effectus Jure civili introductos. f. 334. n. 166.

## X 2

## Moriante